



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103157

N. I. Desselben Formalia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52461)

1648.
Mart.

ser Schade durch die vielfältigen Durch-marche von Zeiten zu Zeiten dem ganzen Lande zugezogen, welcher Last denn viel beschwerlicher und ohnerträglicher seyn würde, wann man sich wieder die Catholischen Stände oder sonst in Krieg verwickeln, und fernere gültliche Mittel, Annahmungen und Schickungen hindansetzen wollte.

1648.
Mart.

Erwarten demnach Ihre Churfürstliche Durchlaucht, als welche der Sachen auch selbst besser nachzudencken gemeynet, von dem Herrn Abgesandten mehrern Bericht und Erklärung, und werden sich sodann weiter resolviren; contestiren dabey solenniter, das dieses alles zu keinem Verfang, Disputat, Vorgriff, oder schließlichen Resolation, sondern einig und allein der Sachen etwas näher zu treten, und ihr ein richtig Fundament zu Wege gebracht werde, so seyn auch Ihre Churfürstliche Durchlaucht in allemweg geneigt, erbdtig und geflissen, die wohlhergebrachte und anjeho erneuerte Freundschaft, Correspondenz und Vertraulichkeit jeder Zeit unverbrüchlich zu observiren, und was dem gemeinen Wesen zum Besten gereicher, dem heutigen Suchen nach, der Churfürstlichen Durchlaucht zu Brandenburg und Dero Herrn Abgesandten, deme Sie mit Churfürstlicher Affection nochmahls wohl beygethan verbleiben, treulich zu communiciren. Datum Lichtenberg den 5. Jan. Anno 1648.

Johann Georg, Churfürst.

§. XXI.

Hindernisse
gegen die völ-
lige Berichti-
gung des
puncti Gra-
vaminum.

Ob man nun gleich die Hoffnung hatte, es würde jeho, da auch der schwere Autonomie-Punct gehoben war, der vöilige punctus Gravaminum circa Ecclesiastica, unterschrieben werden; So stieß sich es jedoch annoch daran, daß sowohl die Pfälzische Sache, als auch die Äquivalent-Puncten nebst der Hesses-Cassellischen Satisfaction, zu gleicher Zeit, von denen respectiver interessirten Theilen, zur Unterschrift befördert zu werden, verlangt wurde, so, daß die ganze Handlung fast darüber abgebrochen werden wollte. Es wurden aber die Sachsen:

Altenburgische und Braunschweig-Lüneburgische Gesandten, von Thumshirn und Pengerbeck, sowohl von den Schweden als allen Evangelischen Gesandten ersucht, die Casselischen entweder auf andere Gedanken, oder sonst die Sache zum Schluß zu bringen: Welche dann auch es so weit brachten, daß am Sonntag Lætare, den 12. Mart. in des Kayserlichen Legati Volmars Quartier der ganze Articulus Gravaminum Ecclesiasticorum in Ordnung gebracht, und am 14. ejusd. nach Ausweis der Anlage sub N. I. unterschrieben wurde.

Der Articulus Gravaminum Ecclesiasticorum wird endlich vollzogen.

N. I.

Dictat. d. 14. Mart. 1648. sub
Direct. Altenb.

Punctus Gravaminum inter Sacrae Caesareae Majestatis & Coronae Sueciae Legatos Plenipotentiarios d. 24. Martii 1648. Osnabrugi conclusus.

Præmissis sequentibus conditionibus.

I.

Ut nullus Articulus obligatorius sit, quantumvis provisionaliter subscriptus, nisi etiam omnes hæcenus controversi Articuli compositi, transacti & concordati fuerint.

II.

1648.
Mart.

II.

Ut etiamſi omnia concordata & provisionaliter ſubſcripta, rata & obligatoria non ſint, niſi Pax immediatè conſequatur, eaque concluſa & ſubſcripta ſtatim hoſtilitas omnis ceſſet, idque ut fiat Exercituum Præfectis utrinque ſignificetur.

1648.
Mart.

III.

Ut quæ hoc modo inter Cæſaræ Majæſtatis & Regiæ Sueciæ Majæſtatis Plenipotentiarios, Statuumque utriusque Religionis Plenipotentiarios & Deputatos acta, tranſacta & concordata fuerint, mutuo aſſenſu, conſilio, ope & opera, juxta conditiones circa Executionem Pacis conveniendas, manuteneantur.

De Gravaminibus convenit, ut ſequitur.

Cum autem præſenti bello magnam partem Gravamina, quæ inter utriusque Religionis Electores, Principes & Status Imperii vertebantur, cauſam & occaſionem dederint, de iis, prout ſequitur, conventum & tranſactum eſt.

1. Tranſactio Anno 1552. Paſſavii inita, & hanc Anno 1555. ſecuta Pax Religionis, prout ea Anno 1566. Auguſtæ Vindelicorum, & poſt in diverſis Sacri Romani Imperii Comitibus Univerſalibus confirmata fuit, in omnibus ſuis Capitulis, unanimi Imperatoris, Electorum, Principum & Statuum utriusque Religionis conſenſu initis ac concluſis, rata habeatur, ſanctæque & inviolabiliter ſervetur. Quæ verò de nonnullis in ea Articulis controverſis hæc Tranſactione communi Partium placito ſtatuta ſunt, ea pro perpetua dictæ Pacis declaratione, tam in judiciis quam alibi obſervanda, habebuntur, donec per Dei gratiam de Religione ipſa convenerit, non attenda cujuſvis ſeu Eccleſiaſtici ſeu Politici, intra vel extra Imperium, quocunque tempore interpoſita contraditione vel proteſtatione, quæ omnes inanes & nihili vigore horum declarantur; In reliquis omnibus autem inter utriusque Religionis Electores ſit æqualitas exacta mutuaque, quatenus formæ Reipublicæ, Conſtitutionibus Imperii, & præſenti Conventioni conformis eſt, ita ut quod uni Parti juſtum eſt, alteri quoque ſit juſtum, violentia omni & via facti, uti alias ita & hic, inter utramque Partem perpetuo prohibita.

2. Terminus à quo Reſtitutionis in Eccleſiaſticiſ, & quæ intuitu eorum in Politiciſ mutata ſunt, ſit Dies 1. Januarii Anni 1624.

Fiat itaque reſtitutio omnium Electorum, Principum & Statuum utriusque Religionis, comprehenſa Libera Imperii Nobilitate, ut & Communitatibus & Pagis Immediatis, plenariè & purè, caſtatis omnibus interim in iſtiusmodi cauſis latis, publicatis & inſtitutis ſententiis, decretis, tranſactionibus, pactis ſeu dedititiis, ſeu aliis, & executionibus, reductione ad ſtatum dicti Anni dieique in omnibus facta.

Civitates Auguſta Vindelicorum, Dünckelspula, Biberacum & Ravenspurgum retineant bona, Jura & Exercitium Religionis dicti Anni dieique, ſed ratione Dignitatum Senatoriarum, aliorumque munerum publicorum, ſit inter utriusque religioni addictos æqualitas idemque numerus.

In ſpecie autem quoad Civitatem Auguſtam, ſint ſeptem Senatores Conſiſter Theil.

B 5 5 5 2

filii

1648.
Mart.

fili Secretioris ex Familiis Patriciis delecti, ex his desumpti Reipublicæ Præfides duo, vulgo Stadtpfeger dicti, unus sit Catholicus, alter Augustanæ Confessionis, ex reliquis quinque, tres Catholicæ Religioni, & duo Augustanæ Confessionis addicti; Senatores reliqui Senatus, ut vocant, junioris, nec non Syndici, Assessores Judicii Urbani, alique Officiales omnes sint æquali numero utriusque Religionis.

1648.
Mart.

Quæstores rei numariæ sint tres, quorum duo unius, tertius diversæ Religionis, ita quidem, ut primo anno sint Catholicici duo, unus vero Augustanæ Confessionis, altero, duo Augustanæ Confessionis & tertius Catholicus, & sic deinceps alternando singulis annis.

Præfecti rei tormentariæ itidem tres, parique annuâ alternatione.

Idem etiam circa curam Collectarum, annonæ, ædilitii muneris, & si quæ alia sunt Officia, quæ tribus committuntur, obtineat: ita quidem, ut si uno anno duo Officia (veluti quæstura & cura annonæ vel ædilitii muneris) penes duos Catholicos & unum Augustanæ Confessionis sint, eodem Anno duo alia officia (veluti præfectura rei tormentariæ & collectarum) duobus ex Augustana Confessione, & uni Catholico committantur; sequenti autem anno circa hæc Officia duobus Catholicis, duo Augustanæ Confessionis addicti, & uni Catholico unus Augustanæ Confessionis surrogetur.

Munera, quæ uni soli committi solita sunt, pro qualitate rei vel uno vel pluribus annis inter Catholicos & Augustanæ Confessionis cives alternentur, eo quidem modo, ut de Officiis, quæ tribus personis committuntur, nunc dictum. Templorum tamen & Scholarum cuique parti suarum cura integra reservetur. Ii autem Catholicici, qui nunc tempore hujus Pacificationis in Magistratu & Officiis præter numerum supra conventum supersunt, pristino quidem per omnia honore commodoque fruuntur, veruntamen usque dum eorum loca vel morte vel abdicatione vacaverint, vel domi se contineant, vel si Senatui quandoque interessè velint, voto tamen careant.

Neutra vero pars suæ Religioni adhærentium potentia ad deprimentam alteram abutatur, aut majorem numerum directè vel indirectè ad dignitates Præsidum, Senatorum aliorumque publicorum numerum aggregare præsumat, sed quicquid ejus quancumque & quomocumque tentatum fuerit, irritum esto.

Proinde non solum hæc dispositio quotannis, quando de novorum Senatorum aliorumque officialium in demortuorum locum surrogatione agitur, publicè prælegitor, sed etiam Præfidis seu Duumviri, Secretiorum reliquorumque Senatorum, Præfectorum, Syndicorum, Judicum, aliorumque officialium Catholicorum electio, & nunc & posthac sit penes ipsos Catholicos, Augustanæ vero Confessionis addictorum penes eosdem, & defuncto Catholico alius Catholicus, pariterque Augustanæ Confessionis addicto eidem addictus surrogetur.

Pluralitas autem votorum in causis Religionem five directè five indirectè concernentibus nequaquam attendatur, neque illa Augustanæ Confessionis addictis Civibus ejus loci magis, quam Augustanæ Confessionis Electoribus, Principibus & Statibus in Imperio Romano, præjudicet. Quod si Catholici pluralitate votorum in his vel aliis quibusvis negotiis in præjudicium Augustanæ Confessionis addictorum abutantur, reservatum his ipsis esto, vigore hujus Transactionis ad introducendam alternationem quinti Senatoris secretioris, aliaque legitima remedia provocare. De cætero Pax
Reli-

1648
Mart.

Religiosa, itemque Ordinatio Carolina de Electione Magistratum, nec non Transactiones de Annis 1584. & 1591. (quatenus huic dispositioni directè vel per indirectum non repugnant) salvæ atque inviolatæ per omnia maneant.

Deinde Dunckelspülæ, Biberaci & Ravensburgi duo sint Consules, Catholicus unus, alter Augustanæ Confessionis, quatuor secretioris Consilii, æquali numero utriusque Religionis.

Eadem etiam æqualitas circa Senatum, Judicium Urbanum, Præfecturam ærarii, ut & alia omnia Officia, dignitates ac munera publica, observetur.

Quoad Præfecturam Judicii vero, Syndicatum & Secretarios Senatus & Judicii, nec non alia hujusmodi Officia, quæ uni tantum personæ committuntur, alternatio perpetua observetur, ita ut demortuo Catholico, semper Augustanæ Confessionis addictus, & vice versa, succedat.

Quantum ad modum Electionis & Votorum pluralitatem, nec non curam Templorum & Scholarum, itemque anniversariam prælectionem hujus dispositionis attinet, idem, quod de Augusta dictum est, observetur.

Quod ad Civitatem Donawerdam attinet, si in proximè venturis Comitibus Universalibus, in pristinam libertatem restituenda esse, judicabitur ab Imperii Statibus, eodem gaudeat jure in Ecclesiasticis & Politicis, quo ceteræ Imperii Libera Civitates vigore hujus Transactionis gaudent, salvis tamen quoad hanc Civitatem eorum, quorum interest, juribus. Terminus autem Anni 1624. nullum præjudicium creare debet iis, qui ex capite Amnistia, aut aliunde, restituendi veniunt.

3. Bona Ecclesiastica Immediata quod attinet, si sint Archi-Episcopatus, Episcopatus, Prælatuæ, Abbatiæ, Balliviæ, Præposituæ, Commendæ, siue libera fundationes Sæculares, aut aliæ, una cum redditibus, pensionibus, aliisque quocunque nomine signatis, seu in urbibus seu in rure sitis, ea seu Catholici seu Augustanæ Confessionis Status die 1. Jan. Anno 1624. possederint, omnia & singula nullo planè excepto, ejus Religionis consortes, qui dicto tempore in reali eorum possessione fuerunt, usque dum de Religionis diffidiis per Dei gratiam conventum fuerit, tranquillè & imperturbatè possideant, neutrique parti liceat alteri seu in judicio seu extra negotium faceßere, multò minus turbas aut impedimentum aliquod inferre. Si verò, quod Deus prohibeat, de Religionis diffidiis amicabiliter conveniri non possit, nihilominus hæc Conventio perpetua sit, & Pax semper duratura.

Si igitur Catholicus Archi-Episcopus, Episcopus, Prælatu, aut Augustanæ Confessionis addictus in Archi-Episcopum, Episcopum, Prælatum Electus vel Postulatus, solus aut una cum Capitularibus seu singulis seu universis, aut etiam alii Ecclesiastici, Religionem imposterum mutarint, excidant illi statim suo jure, honore tamen famaue illibatis, fructusque & redditus citra moram & exceptionem cedant, Capituloque aut cui id de jure competit, integrum sit, aliam personam & Religionem ei, ad quam beneficium istud vigore hujus Transactionis pertinet, addictam eligere aut postulare, relicto tamen Archi-Episcopo, Episcopo, Prælato decedenti fructibus & redditibus interea perceptis & consumptis.

Si ergo Status seu Catholici seu Augustanæ Confessionis addicti, Archi-Episcopatus, Episcopatus, Beneficiis aut Præbendis suis Immediatis à

Bbbb 3

die

1648
Mart.

1648.
Mart.

die 1. Januarii 1624. judicialiter aut extrajudicialiter exciderint, aut quocunque modo turbati fuerint, vigore harum illico tam in Politicis quam Ecclesiasticis, omnibus novationibus abolitis, restituantur, ita quidem, ut quaecunque Bona Ecclesiastica Immediata die 1. Jan. Anno 1624. Catholicis Praefule regebantur, Catholicum caput recipiant, & vicissim, quæ dicto Anno dieque Augustanæ Confessioni addicti possidebant, retineant etiam imposte- rum, remissis tamen, quæ una pars contra alteram prætere tendere posset, perceptis interea fructibus, damnis & expensis.

1648.
Mart.

4. In omnibus Archi-Episcopatibus, Episcopatibus, & reliquis foundationibus Immediatis, jura eligendi & postulandi, juxta cujusque loci consuetudines & statuta antiqua, illibata maneant, quatenus illa Imperii Constitutionibus, Transactioni Passaviensi, Paci Religiosæ, & imprimis huic Declarationi & Transactioni sunt conformia, & intuitu Archi-Episcopatum & Episcopatum Augustanæ Confessioni addictis permanentium, ea nihil in se contineant illi Confessioni adversum, sicut etiam pariter in Episcopatibus & Ecclesiis, in quibus Catholicis & Augustanæ Confessionis Ordinibus mixta jura admittuntur, statutis antiquis nihil de novo admisceatur, quod Catholicorum vel Augustanæ Confessionis addictorum conscientiam & causam pro cujusque parte lædere, eorumve jus imminuere posset.

Postulati verò seu Electi in Capitulationibus suis spondeant, se susceptos Ecclesiasticos Principatus, dignitates & beneficia, nequaquam hæreditario jure possessuros, aut id acturos, ut hæreditaria fiant, sed libera sit ubique Capitulo, & quibus id prætere pariter cum Capitulo pro more competit, tam Electio & Postulatio, quam sede vacante administratio & jurium Episcopatum exercitium, operaque detur, ne Nobiles, Patricii, Gradibusque Academicis insigniti, aliæque personæ idoneæ, ubi id foundationibus non adversatur, excludantur, sed ut potius in iis conferentur.

5. Ubi Sacra Cæsarea Majestas Jus Primariarum Precum exercuit, exerceat etiam imposte rum, dummodo decedente Augustanæ Confessionis addicto, in ejus religionis Episcopatibus Augustanæ Confessionis addictus ad normam statutorum & observantiæ idoneus Precibus fruatur: In mixtis verò ex utraque religione seu Episcopatibus seu aliis locis Immediatis, Precibus Primariis præsentatus non gaudeat, nisi beneficium vacans religionis confors possederit.

Siquid Annatarum, Jurium Pallii, Confirmationum, Mensium Papalium, & hujusmodi jurium & reservationum nomine, in bonis Statuum Augustanæ Confessionis Ecclesiasticis Immediatis, à quocunque, quodocunque, aut quomodocunque prætendatur, id validitate & executione à brachio sæculari impertienda careat.

In quorum autem Ecclesiasticorum bonorum Immediatorum Capitulis, utriusque Religionis Capitulares aut Canonici, vigore præfati termini certo utrinque numero admittuntur, Mensesque Papales id temporis in usu fuerunt, porrò quoque, si decedentes Capitulares aut Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant, atque executioni casu eveniente mandentur, modo Papalis provisio Capitulis immediatè à Curia Romana & tempore legitimo insinuetur.

6. Electi aut Postulati in Archi-Episcopos, Episcopos aut Prælatos Augustanæ Confessionis addicti, à Sacra Cæsarea Majestate, postquam intra annum Electionis aut Postulationis fidem fecerint, & juramenta Regalibus facta

1648.
Mart.

sueta feudis præstiterint, absque ulla exceptione investiantur, utraque taxæ ordinariæ summam insuper ejusdem dimidiam pro infeudatione pendant. Iidem, aut sede vacante Capitula, & quibus administratio cum iis conjunctim competit, ad universales æque ac particulares Deputationum, Visitationum, Revisionum aliosque Conventus Imperiales literis solitis evocentur, & Suffragii Jure fruantur, prout quisque Statuum ante Religionis diffidia eorum jurium particeps fuit.

1648.
Mart.

Quæ verò & quot personæ ad ejusmodi Conventus mitti debeant, de eo Præsulibus cum Capitalibus & Conventualibus statuere liberum esto: de Titulis Principum Ecclesiasticorum ex Augustana Confessione, conventu, ut, absque tamen præjudicio Status & Dignitatis, Titulis Electorum aut Postulatorum in Archi-Episcopum, Episcopum, Abbatem, Præpositum, insigniantur. Sessionem autem in scamno inter Ecclesiasticos & Sæculares intermedio & transverso capiant, quibus à latere assideant in Conventu omnium trium Imperii Collegiorum, Director Cancellariæ Moguntinensis, nomine Domini Archi-Episcopi Actorum Comitialium generali directione fungens, & post ipsum Directores Collegii Principum; idemque observetur in Senatu Principum collegialiter congregato à solis istius Collegii Actorum Directoribus.

7. Quot Capitulares aut Canonici die prima Jan. Anno 1624. usquam vel Augustanæ Confessionis vel Catholici fuerunt, totidem illic ex utraque Religione erunt semper, nec decedentibus nisi ejusdem Religionis confortes surrogentur, si verò alicubi jam plures Catholici vel Augustanæ Confessionis Capitulares aut Canonici beneficia possident, quam Anno 1624. ii quidem supernumerarii beneficia & præbendas ad vitam retineant, mortuis verò tam diu Catholicis Augustanæ Confessionis addicti, & his Catholici succedant, donec redintegratus fuerit utriusque Religionis Capitularium & Canoniorum numerus, qui die 1. Jan. Anno 1624. erat; Exercitium verò Religionis in mixtis Episcopatibus ita restituatur & permaneat, ubi & quatenus id Anno 1624. palam receptum permixtumque fuit, neque supradictis omnibus, vel eligendo vel præsentando aliterve, quicquam detrimenti creetur.

8. Qui Archi-Episcopatus, Episcopatus, aut aliæ foundationes atque Bona Ecclesiastica Immediata vel Mediata, in Satisfactionem Regiæ Majestatis Regniq; Sueciæ, aut æquivalentem recompensationem indemnitateque suorum Fœderatorum amicorum & interessatorum concesserunt, ex præcedentibus aut sequentibus Gravaminum decisionibus cæterisque Articulis præjudicium nullum sentiant, sed conventionibus suis peculiaribus, infra Articulo de Satisfactione specialius non solum quoad Reginam & Coronam Sueciæ, sed etiam quoad æquivalentem aliorum recompensationem expressis, relinquuntur, iisque, quibus concessa sunt, inviolabiliter conserventur.

9. Quæcunque Monasteria, Collegia, Ballivias, Commendas, Tempia, Foundationes, Scholas, Hospitalia aliaque Bona Ecclesiastica Mediata, ut & eorum redditus juraque, quocumque nomine ea appellata fuerint, Augustanæ Confessionis Electores, Principes, Status Anno 1624. die 1. Jan. possederunt, eadem omnia & singula, sive retenta semper, sive restituta, sive vigore hujus Transactionis restituenda, iidem possideant, donec controversiæ Religionis amicabili Partium compositione universali definiantur, non attentis exceptionibus, sive ante sive post Transactionem Passaviensem, aut Pacem Religiosam reformatam & occupata, aut quod non de vel in Territorio Augustanæ Confessionis Statuum, vel exempta, vel aliis Statibus jure

Suf-

1648.
Mart.

Suffraganeatus, Diaconatus, aliaque quavis ratione obligata fuisse dicuntur. Unicum solumque hujus Transactionis, Restitutionis, observantiaque futurae fundamentum, sit die prima Januarii Anno 1624. habita possessio, irritis prorsus exceptionibus, quae ex introducto alicubi locorum Exercitio Interimistico, vel anterioribus aut secutis pactis generalibus aut specialibus transactionibus, vel litibus motis, causisve decisis, vel etiam decretis, mandatis, rescriptis, paritoriis, reversalibus, litispendentiis, vel aliis quibuscunque prae-textibus & rationibus desumi possent.

1648.
Mart.

Ubi igitur supradictorum omnium bonorum, eorumque pertinentium fructuumve, Augustanae Confessionis Statibus, aliquid quovis modo aut prae-textu, sive judicialiter sive extrajudicialiter, à dicto tempore interversum aut ademptum est, omnino absque mora & indistinctè (interque illa specialiter etiam Monasteria, Fundationes atque Bona Ecclesiastica omnia & singula à Principe Würtembergico Anno 1624. possessa) cum suis pertinentiis, redditibus, & accessionibus ubicunque sitis, una cum amotis documentis in priorem statum restituantur.

Nec Augustanae Confessionis addicti posthac in habita vel recuperata possessione ullo modo turbentur, sed ab omni persecutione juris & facti perpetuo tuti sint, donec controversiae Religionis compositae fuerint.

Omnia quoque Monasteria, Fundationes & sodalitia Mediatæ, quæ die 1. Jan. 1624. Catholici realiter possederunt, possideant & ipsi similiter, ut in Augustanae Confessionis Statuum territoriis & ditionibus ea sita sint, non tamen in alios Religiosorum Ordines, quam quorum regulis primitus dicata sunt, commutentur, nisi talium Religiosorum Ordo planè intercederit, tunc enim Magistratui Catholicorum liberum esto, ex alio in Germania ante diffidia Religionis exorta usitato Ordine, novos Religiosos substituere.

In quibuscunque vero Fundationibus, Ecclesiis Collegiatis, Monasteriis, Hospitalibus ejusmodi Mediatæ, Catholici & Augustanae Confessionis addicti promiscue vixerunt, vivant etiam posthac promiscue numero prorsus eodem, qui die 1. Januarii Anno 1624. ibidem reperus fuit, publicum etiam Religionis Exercitium idem maneat, quod quovis in loco dicto anno dieque usitatum fuit, absque unius vel alterius partis impedimento.

In quibuscunque etiam Fundationibus Mediatæ Anno 1624. die 1. Jan. Sacra Caesarea Majestas Primarias Preces exercuit, exerceat eas & imposte-rum, ad modum circa Bona Immediata superius explicatum; idem planè hic observetur de Mensibus Papalibus, quod supra de iis Art. 5. dispositum est; conferant etiam Archi-Episcopi, & quibus aliis id juris competit, beneficia Mensium Extraordinariorum. Quod si quoque Augustanae Confessionis addicti in ejusmodi bonis Ecclesiasticis Mediatæ dicto Anno dieque à Catholicis realiter, plenè vel ex parte possessis, jura presentandi, visitandi, inspectionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturæ, hospitalitatis, servitorum, operarum habuerunt, item Parochos, Praepositos ibi aluerunt, jura ista illis facta testaque maneant. Et si Electiones debito tempore modo ve non fiant, praebendarum vacantium distributio & collatio in ejusdem religionis personas, cujus decedens fuit, ex jure devoluto ad eosdem pertineat, modo per hoc in istiusmodi bonis Ecclesiasticis Mediatæ instituto Catholicae Religionis nihil praediceretur, & Magistratui Catholicorum Ecclesiastico sua jura ex instituto Ordinis in ipsos Religiosos competentia salva & illibata sint. Quibus etiam, si Electiones aut collationes Prae-

1648.
Mart.

bendarum vacantium debito tempore factæ non fuerint, jus devolutum saluum esto.

1648.
Mart.

Quod ad Oppignorationes Imperiales attinet, cum in Capitulatione Cæsarea dispositum reperitur, quod Electus Romanorum Imperator, Electoribus, Principibus, cæterisque Statibus Immediatis Imperii, ejusmodi oppignorationes confirmare, atque illos in earundem tranquilla & quieta possessione defendere ac manutenere debeat, conventum est, hanc dispositionem, donec consensu Electorum, Principum ac Statuum aliter statutum fuerit, observandam esse, atque propterea Civitati Lindaw, nec non Weissenburg in Noricis, reddita forte oppignorationes Imperiales ipsis adempas illico & plenariè restituendas. Quæ verò bona Status Imperii sibi invicem pignoris jure ante hominis memoriam obligaverant, in iis relictioni aliter locus non detur, nisi possessorum exceptiones & merita causarum sufficienter examinentur.

Quod si bona ejusmodi durante hoc bello, vel absque prævia causæ cognitione, vel non soluta forte ab aliquo occupata fuerint, una cum documentis statim plenariè prioribus possessoribus reddantur, & si sententia relictioni locum concedat, inque rem judicatam transferit, atque forte numerata restitutio subsecuta fuerit, Domino quidem directo liberum esse debet, in hujusmodi terras oppignoratas ad se reverteras, suæ Religionis exercitium publicè introducere, incolæ tamen & subditi migrare, aut suam, quam sub priori possessore hujusmodi terrarum oppignoratarum amplexi fuerant, Religionem deserere non cogantur, de publico verò suæ religionis exercitio inter ipsos & reluctem Dominum directum transigatur.

10. Libera & Immediata Imperii Nobilitas, omniaque & singula ejus membra, una cum subditis & bonis suis feudalibus & allodialibus, nisi forte in quibusdam locis ratione bonorum & respectu Territorii vel domicilii aliis Statibus reperiantur subiecti, vigore Pacis Religiosæ & præsentis Conventionis, in juribus Religionem concernentibus, vel beneficiis inde permanantibus idem jus habeant, quod supradictis Electoribus, Principibus & Statibus competit, nec in iis sub quocunque prætextu impediatur aut turbentur; turbati verò omnes omnino restituantur in integrum.

11. Libera Imperii Civitates, prout omnes atque singulæ sub appellatione Statuum Imperii, non tantum in Pace Religionis & præsentis ejusdem declaratione, sed & alias ubique indubitate continentur, ita & ex illarum numero eæ, in quibus unica tantum Religio Anno 1624. in usu fuit, tam ratione Juris Reformandi, quam aliorum casuum Religionem concernentium, in Territoriis suis & respectu subditorum non minus ac intra muros & suburbia, idem cum reliquis Statibus Imperii Superioribus Jus habeant; adeoque de istis generaliter disposita & conventa, de his quoque dicta & intellecta sunt, non attento, quod in iis Civitatibus, in quibus præter Augustanæ Confessionis exercitium nullum aliud à Magistratu & Civibus, juxta morem & statuta cujusque loci Anno 1624. introductum fuit, aliqui Catholicæ Religionis addicti cives commorentur, vel etiam in aliquibus Capitulis, Ecclesiis Collegiatis, Monasteriis & Cœnobiis ibidem sitis, immediatè vel mediatè Imperio subiectis, inque eo statu, qui fuit i. Jan. 1624. deinceps quoque, cum Clero intra prædictum Terminum non introducto, & civibus Catholicis pro tempore ibi existentibus, tam active quam passive omnino relinquendis, Catholicæ Religionis Exercitium vigeat. Ante omnia vero illæ Civitates Imperiales, quæ sive uni, sive utrique Religionis addictæ, & inter has posteriores cum primis Augusta Vindelicorum, itemque Duncelspula, Biberacum, Ravensburg, Sünstter Theil.

Eccc

gum

1648.
Mart.

gum & Kauffbeura, ab Anno 1624. propter Religionem vel bona Ecclesiastica, ante vel post Transactionem Passauensem, & insecutam Pacem Religionem occupata & reformata, vel alias intuitu Religionis in Politicis quocunque modo, sive extra, sive judicialiter aggravata sunt, in eum statum, in quo Calendis Januarii Anni 1624. tam in sacris quam in prophanis fuerunt, non minus ac reliqui Status Imperii Superiores plenissime reponantur, inque eo absque ulteriori turbatione, perinde atque illa, quæ tum temporis adhuc possederunt, aut interea possessionem recuperarunt, usque ad amicabilem Religionum compositionem conserventur, neutrique parti alteram de Religionis suæ Exercitio publico, Ecclesiæ ritibus & Cæremoniis deturbare fas sit, sed cives pacifice & comiter invicem cohærent, liberumque Religionis suæ & honorum usum ultro citroque habeant, cassatis rerum iudicatarum & transactarum, litispendentiarum aliisque Articulis secundo & nono enumeratis exceptionibus, salvis tamen iis, quæ Politicorum ratione de Augusta Vindelicorum, Dunckelspula, Biberaco & Ravensburgo superius §. 2. disposita sunt.

1648.
Mart.

12. Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vasallos, Civitates, Fundationes, Monasteria, Commendas, Communitates & Subditos Statibus Imperii Immediatis, sive Ecclesiasticis sive Sæcularibus, subjectos pertinet, cum ejusmodi Statibus Immediatis cum Jure Territorii & Superioritatis ex communi per totum Imperium hætenus usitata praxi, etiam Jus reformandi Exercitium Religionis competit, ac dudum in Pace Religionis talium Statuum subditis, si à Religione Domini Territorii dissentiant, beneficium emigrandi concessum, insuper majoris concordie inter Status conservandæ causa cautum fuerit, quod nemo alienos Subditos ad suam Religionem pertrahere, eave causa in defensionem, aut protectionem suscipere, illisve ulla ratione patrocinari debeat, conventum est, hoc idem porro quoque ab utriusque Religionis Statibus observari, nullique Statui Immediato, Jus, quod ipsi ratione Territorii & Superioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere.

Hoc tamen non obstante Statuum Catholicorum Landsassii, Vasalli & Subditi cujuscunque generis, qui sive publicum, sive privatum Augustanæ Confessionis Exercitium Anno 1624. quacunque Anni parte, sive certo Pacto, aut Privilegio, sive longo Usu, sive sola denique Observantia dicti anni, habuerunt, retineant id etiam impofterum, una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare potuerunt, cujuscunque annexa habentur Institutio Consistoriorum, Ministeriorum, tam Scholasticorum quam Ecclesiasticorum, Jus Patronatus, aliaque similia Jura, nec minus maneat in possessione omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum Templorum, Fundationum, Monasteriorum, Hospitalium cum omnibus pertinentiis, redditibus & accessionibus; Et hæc omnia semper & ubique observentur eousque, donec de Religione Christiana, vel universaliter, vel inter Status Immediatos eorumque Subditos, mutuo consensu aliter erit conventum, nec quisquam à quocunque ulla ratione aut via turbetur.

Turbati, aut quocunque modo destituti vero, sine ulla exceptione in eum, quo Anno 1624. fuerunt statum, plenarie restituantur: idemque observetur ratione Subditorum Catholicorum Augustanæ Confessionis Statuum, ubi dicto Anno 1624. usum & Exercitium Catholicæ Religionis publicum aut privatum habuerunt.

Pacta autem, Transactiones, Conventiones aut Concessionem, quæ inter tales Immediatos Imperii Status, eorumque Status Provinciales & Subditos suprascriptos, de publico vel etiam privato Exercitio Religionis introducendo,

1648.
Mart.

do, permittendo & conservando, antehac intercesserunt, initæ & factæ sunt, eatenus ratæ & firmæ manent, quatenus observantiæ dicti Anni 1624. non adversantur, nec ab iisdem, nisi mutuo consensu recedere liceat, non attentis, sed annihilatis omnibus Anni 1624. observantiæ, utpote quæ instar regulæ obtineat, contrariis latis Sententiis, Reversalibus, Pactis, quibuscunque Transactionibus; Et inter illa, quæ Episcopus Hildesienfis & Duces Brunsvico-Luneburgenses, de Religione ejusque Exercitio Statuum & Subditorum Episcopatus Hildesienfis, nonnullis Pactis Anno 1643. transegerunt; Excipiantur vero à dicto Termine, & Catholicis reserventur 9. Monasteria in Episcopatu Hildesienfi sita, quibus Duces Brunsvicenses certis conditionibus eodem Anno cesserunt.

1648.
Mart.

Placuit porro, ut illi Catholicorum Subditi Augustanæ Confessionis additi, ut & Catholici Augustanæ Confessionis Statuum Subditi, qui Anno 1624. publicum vel etiam privatum Religionis suæ Exercitium nullo anni parte habuerunt, nec non qui post Pacem publicatam deinceps futuro tempore diversam a Territorii Domino Religionem profitebuntur & amplectentur, patienter tolerantur, & conscientia libera domi devotioni suæ sine inquisitione aut turbatione privatim vacare, in vicinia vero, ubi & quoties voluerint, publico Religionis Exercitio interesse, vel liberos suos exteris suæ Religionis Scholis, aut privatim domi Præceptoribus instruendos committere non prohibeantur, sed ejusmodi Landassii, Vasalli & Subditi in cæteris officium suum cum debito obsequio & subjectione adimpleant, nullisque turbationibus ansam præbeant.

Sive autem Catholici sive Augustanæ Confessionis fuerint subditi, nullibi ob Religionem despiciantur, nec a Mercatorum, Opificum & Tribuum communiōe, Hæreditatibus, Legatis, Hospitalibus, Leprosoriis, Eleemosynis, aliisque Juribus aut Commercii, multo minus publicis cæmisteriis honoreque sepulturæ arceantur, aut quicquam pro exhibitione funeris a superstitionibus exigatur, præter cujusque Parochialis Ecclesiæ Jura pro demortuis pendi solita, sed in his & similibus pari cum concivibus jure habeantur, æquali justitia protectioneque tuti.

Quod si vero subditi, qui nec publicum nec privatum suæ Religionis Exercitium Anno 1624. habuit, vel etiam qui post publicatam Pacem Religionem mutabit, sua sponte migrare voluerit, aut a Territorii Domino jussum fuerit, liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis discedere, retenta per ministros administrare, & quoties ratio id postulat, ad res inspiciendas vel prosequendas lites, aut debita exigenda, libere & sine literis comiteatus adire.

Conventum autem est, ut a Territoriorum Dominis, illis Subditis, qui neque publicum neque privatum Exercitium Religionis suæ dicto Anno habuerunt, & tamen tempore publicatæ præsentis Pacificationis, in unius vel alterius Religionis Statuum Immediatorum ditionibus habitare deprehendantur, quibus illi etiam annumerandi erunt, qui ob calamitates bellicas evitandas, non tamen animo transferendi domicilium, alio emigrarunt, & facta Pace in patriam redire volunt, terminus non minor quinquennio, illis vero, qui post Pacem publicatam Religionem mutant, non minor triennio, nisi tempus magis laxum & spatiosum impetrare potuerint, ad emigrandum præfigatur, neque sive voluntarie sive coacte emigrantibus, nativitatis, ingenuitatis, manumissionis, noti opificii, honestæ vitæ testimonia denegentur, aut iidem reversalibus inusitatis, vel decimationibus substantiæ secum exportatæ plus æquo extensis prægraventur, multo minus spontaneam

Sünster Theil.

Cccc 2

fusci

1648. Mart. suscipientibus emigrationem, servitutis aut ullo alio prætextu impedimen- 1648. Mart.
tum inferatur.

13. Silesii autem Principes Augustanæ Confessioni addicti, Duces scilicet in Brieg, Lignitz, Münsterberg & Oels, itemque Civitas Vratislaviensis in libero suorum ante bellum obtentorum Jurium & Privilegiorum, nec non Augustanæ Confessionis Exercitio ex gratia Cæsarea & Regia ipsis concessio manutenebuntur.

Quod vero ad Comites, Barones, Nobiles eorumque Subditos in reliquis Silesiæ Ducatibus, qui immediate ad Cameram Regiam spectant, tum etiam de præsentī in Aultria Inferiōri degentes Comites, Barones, Nobiles attinet, quamvis Cæsareæ Majestati Jus reformandi Exercitium Religionis, non minus quam aliis Regibus & Principibus competat, tamen, non quidem ex pacto juxta dispositionem præcedentis Vers. *Pacta autem Sc.* sed ad interventionem Regiæ Majestatis Sueciæ, & in gratiam intercedentium Augustanæ Confessionis Staruum, permittit, ut ejusmodi Comites, Barones & Nobiles, illorumque in prædictis Silesiæ Ducatibus subditi, ob professionem Augustanæ Confessionis loco aut bonis cedere aut emigrare non teneantur, nec etiam prohibeantur dictæ Confessionis Exercitio in locis vicinis extra territorium frequentare; modo in reliquis tranquille & pacifice vivant, sequentes præstent, quales erga suum Summum Principem decet. Si vero sua sponte emigraverint, & bona sua immobilia vendere vel nolint, vel commode non possint, liber iis aditus quoties libuerit rerum suarum inspiciendarum & curandarum causa concessus esto.

Præter hæc autem, quæ supra de dictis Silesiæ Ducatibus, qui immediate ad Cameram Regiam spectant, disposita sunt, Sacra Cæsarea Majestas ulterius pollicetur, se illis, qui in his Ducatibus Augustanæ Confessionis addicti sunt, pro hujus Confessionis Exercitio tres Ecclesias, propriis eorum sumptibus extra Civitates Schveinitz, Jaur & Glogaviam prope mœnia, locis ad hoc commodis, jussu Sacræ Majestatis designandis, post Pacem confectam ædificandas, quamprimum id postulaverint, concessuram.

Et cum de majori Religionis libertate & Exercitio in supradictis & reliquis Cæsareæ Majestatis & Domus Austriacæ Regnis & Provinciis concedendo, in præsentī Tractatu varie actum sit, nec tamen ob Cæsareanorum Plenipotentiariorum contradictiones conveniri potuerit, Regia Majestas Sueciæ, & Augustanæ Confessionis Ordines facultatem sibi reservant, eo nomine in proximis Comitibus, aut alias, apud Sacram Cæsaream Majestatem ulterius respective interveniendi & intercedendi.

14. A sola qualitate feudali vel subfeudali, sive a Regno Bohemiæ, sive ab Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, sive aliunde procedant, Jus Reformandi non dependet, sed feuda ista & subfeuda, nec non Vasalli, Subditi & bona Ecclesiastica, in causis Religionis, & quicquid Juris Dominii Feudi prætendat, introduxerit, aut sibi arrogarit, ex statu Anni 1624. die prima Januarii perpetuo censeantur, quæ vel judicialiter vel extrajudicialiter innovata fuerint, tollantur & in pristinum statum restituantur.

Territorii Jure vel ante vel post Terminum Anni 1624. controverso, donec super Petitorio & Possessorio cognoscatur & decidatur, possessori præfati anni idem jus esto; quantum equidem ad publicum Exercitium attinet:

Sub-

1648.
Mart.

Subditi vero propter mutatam interim Religionem, pendente Territorii controversia, migrare non cogantur.

1648.
Mart.

In iis locis, ubi Catholici & Augustanæ Confessionis Status, ex æquo Jure Superioritatis fruuntur, tam ratione publici Exercitii, quam aliarum rerum Religionem concernentium, idem status maneat, qui fuit Anno dieque supradictis.

Sola criminalis Jurisdiction, Cent-Gericht, solumque Jus gladii, & retentionis, Patronatus, filialitatis, neque conjunctim neque divisim Jus Reformandi tribuunt; quæ itaque hoc colore Reformationes hucusque irreperunt, pactisque intrusa sunt, cassantur, gravati restituuntur, & impofterum ab ejusmodi penitus abstinetur.

15. Ratione reddituum cujuscunque generis ad bona Ecclesiastica eorumque possessores pertinentium, ante omnia observetur id, quod in Pace Religionis §. Dagegen sollen die Stände der Augspurgischen Confession, u. & §. Alsdann auch den Ständen der alten Religion, u. dispositum invenitur.

Illi vero redditus, census, decimæ, pensiones, quæ vigore jam dictæ Pacis Religionis Statibus Augustanæ Confessionis ob immediatas vel mediatas fundationes Ecclesiasticas, ante vel post Pacem Religiosam acquisitas, à Catholicorum provinciis debentur, quorumque in possessione vel quasi percipiendi Ao. 1624. die 1. Januarii fuerunt, absque ulla exceptione solvantur.

Si alicubi etiam Augustanæ Confessionis Status quædam protectionis, advocatiæ, aperturæ, hospitationis, operarum, aut alia Jura in Catholicorum Ecclesiasticorum dititionibus & bonis, sive intra sive extra Territorium sitis, legitimo usu aut concessione habuerunt, quemadmodum etiam Catholici Status, si quid ejusmodi ipsis circa Bona Ecclesiastica Augustanæ Confessionis Statibus acquisita competit, omnes ex æquo Jura sua pristina retineant, ita tamen, ut ne per usum ejusmodi jurium, bonorum Ecclesiasticorum redditus nimium prægraventur & exhauriantur.

Reditus etiam, nec non Decimæ, Canones & pensiones Augustanæ Confessionis Statibus, Fundationibus jam destructis & collapsis, ex alienis Territoriis debitæ iis exsolvantur, qui Anno 1624. die prima Januarii in possessione perceptionis vel quasi fuerunt, quæ vero ab Anno 1624. destructæ fuerunt, aut in futurum concident, earum pensiones etiam in alienis Territoriis Domino destructi Monasterii seu loci, in quo id situm fuit, exsolvantur; quæ itidem fundationes die prima Januarii Anni 1624. in possessione vel quasi juris decimandi è bonis novalibus in alieno Territorio fuerunt, sint etiam impofterum, nihil tamen novi juris quærat. Cccc 3

Inter cæteros Status Imperii & subditos id juris esto, quod Jus commune vel cujuscunque loci consuetudo & observantia de decimis ex bonis novalibus constituunt, aut per pactiones voluntarias conventum est.

16. Jus Diœcesanum & tota Jurisdiction Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus, contra Augustanæ Confessionis Electores, Principes, Status (comprehensa Libera Imperii Nobilitate) eorumque Subditos, tam inter Catholicos & Augustanæ Confessionis addictos, quam inter ipsos solos Augustanæ Confessionis Status, usque ad compositionem Christianam dissidii Religionis suspensa esto, & intra terminos Territorii cujusque Jus Diœcesanum & Jurisdiction Ecclesiastica se contineat

1648
Mart.

tineat: Ad consequendos tamen redditus, census, decimas & pensiones in iis Augustanae Confessionis Statuum ditionibus, ubi Catholici Anno 1624. notorie in possessione vel quasi Exercitii Jurisdictionis Ecclesiasticae fuerunt, utantur eadem posthac quoque, sed non nisi in exigendis haece pensionibus, nec procedatur ad excommunicationem, nisi post tertiam demum denunciationem. Catholicorum Augustanae Confessionis addicti Provinciales & Subditi, qui Anno 1624. Ecclesiasticam Jurisdictionem agnovissent, in iis casibus modo dictae Jurisdictioni subsint, qui Augustanam Confessionem nullatenus concernunt, modo ipsis occasione processus nihil injungatur Augustanae Confessionis vel conscientiae repugnans. Eodem etiam Jure Augustanae Confessionis Magistratum Catholicum Subditi censeantur, inque hos, qui Anno 1624. publicum Religionis Catholicae exercitium habuerunt, Jus Dioecesanum, quatenus Episcopi illud dicto Anno quiete in eos exercuerunt, salvum esto: in quibus Civitatibus vero Imperii mixtae Religionis Exercitium in usu est, Catholicis Episcopis contra cives Augustanae Confessionis nulla sit Jurisdictio, at Catholici suo jure juxta observantiam Anni 1624. experiantur.

1648
Mart.

17. Utriusque Religionis Magistratus severe & rigore prohibeat, ne quisquam publice privatimve concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo, Transactionem Passaviaensem, Pacem Religiosam, vel hanc imprimis sive Declarationem sive Transactionem uspiam impugnet, dubiam faciat, aut assertiones contrarias inde deducere conetur. Quidquid etiam contrarii hactenus vel editum, vel promulgatum publicatumve fuerit, irritum esto; sed si dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex causis Pacem Religiosam aut hanc Transactionem tangentibus resulter, de eo in Comitibus vel aliis Imperii Conventibus, inter utriusque Religionis Proceres non nisi amabili ratione transigatur.

18. In Conventibus Deputatorum Imperii Ordinariis, numerus ex utriusque Religionis Proceribus aequetur. De Personis autem vel Statibus Imperii adjungendis in Comitibus proximis statuatur. In horum Conventibus, itemque Comitibus Universalibus, sive ex uno, sive duobus aut tribus Imperii Collegiis, quacunque occasione, aut ad quaecunque negotia deputandi veniant, aequetur Deputatorum numerus ex utriusque Religionis Proceribus: ubi extraordinariis Commissionibus negotia in Imperio expedienda occurrunt, si res inter Augustanae Confessionis Status versatur, soli eidem Confessionis addicti deputentur, si inter Catholicos soli Catholici, si inter Catholicos & Augustanae Confessionis Status, utriusque Religionis pari numero Commissarii denominentur & ordinentur.

Placuit etiam, ut Commissarii quidem res a se gestas referant, & vota subjungant, instar tamen sententiae nihil definiant.

19. In causis Religionis, omnibusque aliis negotiis, ubi Status tanquam unum corpus considerari nequeunt, ut etiam Catholicis & Augustanae Confessionis Statibus in duas partes euntibus, sola amabilis compositio lites dirimat, non attenda votorum pluralitate.

Quod vero ad pluralitatem votorum in materia Collectarum attinet, cum res haec in praesenti Congressu decidi non potuerit, ad proxima Comititia remissa esto.

20. Praeterea cum ob enatas ex praesenti bello mutationes & alias causas de Judicio Camerae Imperialis, ad alium universis Imperii Statibus commodiorem locum transferendo, & Judicem, Praesides, Assessores, & quoscunque

1648.
Mart.

que Justitiæ Ministros pares numeros utriusque Religionis præsentando, sicut etiam de reliquis ad Judicium Camerale spectantibus, quædam in medium allata fuerint, sed in præsentî Congressu, ob negotii gravitatem, non tam plane expediri queant, in proxime indicendis Comitibus de his omnibus agi & conveniri, deliberationesque de reformatione Justitiæ in Imperio, in Deputatorum Imperii Conventu Francofurtensi habitæ effectum dari, & siquæ in his desiderari videntur, suppleri & emendari debere, conventum est.

1648.
Mart.

Ne tamen res proflus in incerto maneat, placuit præter Judicem & quatuor Præsides, & quidem duos horum ex Augustana Confessione à sola Cæsarea Majestate constituendos, numerum Assessorum Cameralium ad quinquaginta in universum adaugeri, ita ut Catholici computatis duobus Assessoribus Imperatoris præsentationi reservatis, viginti sex, Augustanæ Confessionis Status viginti quatuor Assessores præsentare possint & teneantur, atque ex singulis Circulis mixtæ Religionis non tantum duos Catholicos, sed etiam binos Augustanæ Confessionis addictos assumere & eligere fas sit; cæteris ad Judicium Camerale pertinentibus, ut dictum est, ad proxima Comititia rejectis. Ac proinde Circuli de præsentandis mature in locum demortuorum novis ad Camerale Judicium Assessoribus, secundum Schema subsequens, admoneantur: Catholici etiam suo tempore de ordine Præsentandi convenient. Cæsareaque Majestas mandabit, ut non solum in isto Judicio Camerali causæ Ecclesiasticæ, ut & Politicæ, inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Status, vel inter hos solos vertentes, vel etiam quando Catholicis contra Catholicos Status litigantibus tertius interveniens Augustanæ Confessionis Status erit, & vicissim, quando Augustanæ Confessionis Status contra ejusdem Confessionis Status litigantibus tertius interveniens erit Catholicus, adlectis ex utraque Religione pari numero Assessoribus, discutiantur & judicentur, sed idem etiam in Judicio Aulico observetur, huicque fini aliquot Augustanæ Confessionis doctos & rerum Imperii peritos Viros, ex iis Imperii Circulis, ubi vel sola Augustana, vel simul etiam Catholica viget Religio, adsciscat, eo quidem numero, ut, eveniente casu, Paritas Judicantium ex utraque Religione Assessorum observari possit. Idem etiam quoad Paritatem Assessorum observetur, quoties Augustanæ Confessionis Status Immediatus a Mediato Catholico, vel Immediatus Catholicus a Mediato Augustanæ Confessionis Statu, Judicio convenitur.

Quoad Processum Judicarium Ordinatio Camera Imperialis etiam in Judicio Aulico servabitur per omnia, tum, ut ne partes ibidem litigantes omni remedio suspensivo destituantur, loco Revisionis in Camera usitatæ, licitum esto parti gravatæ, a Sententia in Judicio Aulico lata ad Cæsaream Majestatem supplicare, ut Acta Judicialia denuo, adhibitis aliis gravitati negotii paribus neutrique partium addictis ex utraque Religione æquali numero Consiliariis, qui concipiendæ & ferendæ priori Sententiæ non interfuerint, aut certe Referentium aut Correferentium partes non sustinuerint, revideantur, liberumque sit Sux Majestati in causis majoribus, & unde tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam utriusque Religionis Electorum & Principum Sententias & Vota requirete.

Visitatio Consilii Aulici fiat ab Electore Moguntino toties, quoties opus fuerit, observatis iis, quæ in proximis Comitibus de communi Statuum placito observanda esse videbuntur. Siquæ vero dubia circa Interpretationem Constitutionum ac Recessuum Imperii publicorum occurrunt, aut in diducandis causis Ecclesiasticis vel Politicis inter partes supra expressas vertentibus, ex Paritate Assessorum utriusque Religionis, postquam in pleno etiam Senatu, pari tamen semper utrinque

Judi-

1648.
Mart.

Judicantium numero examinata fuerint, contrariae oriantur Sententiae, Catholicis quidem in unam, Augustanae vero Confessionis Assessoribus in aliam abeuntibus, remittuntur ad Comitia Imperii Universalia: Sin autem duo pluresque Catholici cum uno aut altero Augustanae Confessionis Assessore, & vicissim, unam, reliqui vero totidem numero, quamvis Religione dispares, alteram amplexi fuerint Sententiam, indeque contrarietas oriatur, hoc casu, juxta Ordinationem Camerae lis terminabitur, ulteriori remissione ad Comitia cessante.

1648.
Mart.

Et haec omnia in Causis Statuum, comprehensa Immediata Imperii Nobilitate, sive actores illi, sive rei, sive intervenientes fuerint, observentur. Si vero inter Mediatos vel actor vel reus, vel tertius interveniens fuerit Augustanae Confessionis, & Paritatem Judicantium ex utriusque Religionis Assessoribus postulaverit, adhibeantur pares. Eveniente autem tunc Votorum Paritate, cesset remissio ad Comitia, & lis juxta Ordinationem Camerae terminetur.

Cetera in Aulico non minus quam in Camerae Imperialis Judicio, Privilegium primae instantiae, Austregarum, Jura & Privilegia de non appellando, Statibus Imperii illibata sunt, nec per Mandata aut Commissiones, aut Avocationes, aut quovis alio modo, turbantur.

Denique cum etiam de abolendis Curia Imperiali Rothwilae, Judiciis Provincialibus Sueviae, & aliis hinc inde per Imperium hactenus usitatis, mentio injecta fuerit, resque haec gravioris visa sit momenti, de his quoque ulterior deliberatio ad proxima Comitia remissa esto.

Assessores Augustanae Confessionis praesententur, ab
Electore Saxonico. }
Brandenburgico. } 6.
Palatino. }

Circulo Superioris Saxoniae. 4. } 1. alternando per hos duos
Inferioris Saxoniae. 4. } Circulos.

Circuli Franconici Statibus A. C. 2. }
Svevici. - 2. } 1. alternando per hos quatuor
Superioris Rhenani. - 2. } Circulos.
Westphalici. - 2. }

Et quamvis sub Schemate nulla fiat mentio Statuum Imperii Augustanae Confessionis, qui sub Circulo Bavarico comprehenduntur, nihil tamen ex eo ipsis praedjudicetur, sed salva maneant horum Jura, Privilegia & libertates.

Acta & conventa sunt haec Osnabrugis 24. Martii, Anno 1648.

Johann Crane ic.

Johannes Wder Salvius &c.

N. Georg Reigersperger ic.

Wolff Cunrad von Thunshirn ic.

(L.S.) Egon Gaill.

(L.S.) Gustav Hanson.

§. XXII.